



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

69. Ut ante januam Ecclesiæ adulteri infantes exponantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

238 R E G I N O N I S L I B . II.  
quadraginta dies in utero sponte perdiderit,  
annum unum pœniteat. Si verò post quadra-  
ginta dies eum occiderit , tres annos pœni-  
teat. Si verò postquam animatus fuerit , eum  
perdiderit , quasi homicida pœniteat. Sed di-  
stat multūm utrum paupercula pro difficultate  
nutriendi , aut fornicaria causa sit , & pro sui  
sceleris celandi faciat causa.

Si qua mulier filium vel filiam occididerit.  
*Ex eodem.*

L X V I I . Mulier si voluntariè occiderit  
lium suum aut filiam suam , pro homicidio de-  
cem annos pœniteat.

De eadem re. *Ex Concilio Rotomagensi.*

Burchard. lib.

17 c. 53.

Ivo parte 10.

c. 103.

L X V I I I . Sunt quædam mulieres , ut ad  
notitiam sancti Concilij pervenit , quæ ex for-  
nicatione concipientes , metuentes ne scelus  
quod occultè perpetrarent manifestum fieret ,  
infantes quos pepererunt occiderunt , & terra  
congerie cooperuerunt , aut in aquas proje-  
runt. quod quantum nefas sit , canones Ancy-  
rani , Elibertani , atque Hilerdensis Concilij  
testes sunt. His itaque vix in fine dandam es-  
se communionem decernunt. Sed humanitatis  
tractantes , post decennem pœnitentiam tales  
placuit ad communionem recipi.

Ut ante januam Ecclesiæ adulteri infantes  
exponantur. *Ex eodem.*

L X I X . Igitur quia diabolo suadente , &  
carnis fragilitate delectante , & ideo conser-  
tiente , multo tamen talia perpetrantur , ideo ex